



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

De reuersione ab eo ad Pilatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

Secundò: Herodi poscenti curiosa, nihil penitus respondit, licet à Iudæis valide accusaretur.

Tertiò: ab Herode cum suo exercitu spretus fuit, atque ueste alba induitus.

*DE REVERSIONE AB  
Herode ad Pilatum. Matth. 27.  
Luc. 23. Marc. 15. &  
Joan. 19.*

PRIMÒ: CHRISTVM remisit ad Pilatum Herodes, & ambo ea ipsa die, cum prius inimici essent, sibi iuicem reconciliati sunt.

Secundò: IESVM flagellis cedi iussit Pilatus: milites eundem spinis coronarunt, atque purpura induerunt, deinde irridentes dicebant (Aue Rex Iudæorum) Et colaphos simul impingebant.

Tertiò (exiuit ergo IESVS portans coronam spineam & purpureum ve-

stimen-

stimentum) & Pilatus (dicit illis: Ecce homo) Pontifices vero conclamabant (Crucifige, Crucifige eum.)

*DE CONDEMNATIONE  
& crucifixione IESV CHRISTI.*

*Ioan. 19.*

PRIMÒ: sedens pro tribunali Pilatus CHRISTVM iudicauit, & tradidit crucifigendum, posteaquam negantes eum Iudæi suum Regem esse, dixerunt ( Non habemus Regem nisi Cæsarem. )

SECUNDÒ: baiulauit CHRISTVS crucem suam, donec ob virium defectum, Simon quidam Cyreneus illam post eum ferre compulsus est.

TERTIÒ: Inter duos latrones crucifixus fuit ascripto titulo ( IESVS Nazarenus Rex Iudæorum.)